

ex Francisco Chiriaci quare de iure

TITVLORVM

OMNIVM IVRIS

TAM CIVILIS, QVAM CANONICI EXPO-

SITIONES,

SEBASTIANO Brant, I. V. Doctore
celeberrimo, autore.

HIS ACCESSIT

*Modus studendi in vtroque iure, per Iohannem
Baptistam Caccialupum.*

Omnia ad vetustorum exemplarium fidem nunc vlti-
mum diligentissime repurgata: adiectis insuper
ad singulos Titulos suis numeris.



VIRI VTE DYCE,



EX LIBRIS

*Don Diego Ignacio
de Camara*

[Handwritten signature]

LUGDVNI,

APVD ANTONIVM GRYPHIVM.

M. D. LXXXVII.

Num. 46. Cap. 7. num. 43

IN TITVLORVM

IVRIS INTERPRETATIO-

nem, ad Doctorem Andræam Hel-
mut, Sebastiani Brant

Præfatio.

* *

*

FORET admiratione dignū, ornatissi-
me vir, totiusq; eloquentia & facūdia
columē, ac lōgē princeps, cur ego ado-
lescēs, nulli⁹ peritię, aut artis bonę gna-
rus, hāc mihi vsurpē provinciā, vt au-
sim no modo de iuris p̄cipijs, sed & maximē ad te vi-
rū omnīū acutissimū scribere, cuius domi iura nascū-
tur, Noctuas p̄fēlō Athenas fero. Et, vt apertius lo-
quar, balbutiens ego, iudicari potius abs te, quā vide-
ri volui. Quamobrem cū te nouissem virum huma-
nū, ac perdoctum, mihiq; fauentissimū: sumpsi animum,
liberiusq; meas ad te lusi pueriles ineptias. Cū enim
nuper inter auditorum gregē, vclut alter Tityrus (vt
soleo) hoc est, mercenarius, legū Titulos, seu manus Ru-
bricas, totius iuris & legitimę scientię primordia &
elementa interpretarer, factū est, vt me inconsulto ex
mea lēctiōne (seu Tages ex glebula) opus insperatum,
& fortē suo non indignum autore, prorupit. Quod cū
ego planius elimare, seu fortē superflua, aut perperam
posita interlimire properarē, impressorū importunitas
(quib. nihil satis festinatur) meā interuertit diligētīā.
Quid multa? cōtinere nō potui equū Lydū ad curren-
dū accinētū: aēta res est vti vides. Tibi tamen viro ce-
leberrimo, quē haud ab re Aulū Cassellium, vcl Mes-
salam

MODVS STVDI-
DENDI IN VTRO-

QUE IVRE,

IOAN. BAPTISTÆ

DE GAZALVVIS.

Quoniam expurgaueritis vetus fermentum, & iam sitis noua conspersio, vt opinor, in azymis synceritatis & veritatis, in quo statu vos conseruet clementissimus Deus: visum est mihi sitienti vtilitatem vestram, tempus esse conueniens, quo studiosis anxie diligentibus religionem iuris ciuilibus, rectum callem ostendam, quod gressus eorum dirigam, & viam aperiam, per quam ambulent, non in tenebris, sed in luce, ad illam legalem sapientiam capellendam. Dicam igitur quæ sentio, & pro vtilitate vestra fideliter loquar, quasi mihi ipsi consilium dans.

DOCUMENTVM I.

Anima
purganda
& con-
scientia.

Quicumque cupit iuxta operam dare, sit circumspectus infra scriptis. In primis bene, & diligenter præparet animam suam, confitendo peccata sua integre, & satisfaciendo pro commisis: vt sic Spiritus sancti gratia, omnem habens virtutem, & omnem scientiam, inueniat receptaculum mundum, & tribuat plenam perfectamque scientiam: nam quicquid a libi quaeritur, hic perfectius inuenitur, xxxviii. dist. c. legimus, §. sed e contra, in fi. Istud est potissimum & primum consilium quod dedit venientibus ad studium venerabilis doctor Guliel. de monte Laud. in cle. j. de magistris, subdens, quod scholastici qui ad quamvis scientiam approbatam transeunt, & die noctuque torquentur, in vanum laborant, nisi Dei gratiam habeant secum coadiutricem: quia vt dicitur Sap. j. In maleuolam animam non introibit sapientia, idem consilium dedit recolendae memoriae doctor dominus Simo de Bursiano, Cardinalis Mediolanensis, in prooemio Clement. dicens, quod scholaris non confidat in ingenij perspicacia, & capacitate, studij assiduitate, & memoriae tenacitate